LACTANTIUS

Oberitalien, 2. Drittel 15. Jh. (nach Wasserzeichenbefund) Seite 129r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



fusa oleo tantum excitabit incendium: ut id non flumen aliquod. sed
effusio cruoris extinguat: Magister itaq; patientie ratio est: quam sa
piens homo ademit bono uiro: ut cum non malorum fiat: hec sola
efficit: que si detur omnibus. nullum scelus. nulla fraus in rebus humanis
erit: Quid igitur bono uiro pōt esse tam calamitosum: tamq̄ contrariū:
q̄ ire frena pmittere: que illum non modo boni: sed & hominis appel
latione dispoliet: Siquidem nocere alteri: ut ipse verissime ait: non est se
cundum hominis naturam: nam & pecudes si lacessas. aut calce aut
cornu repugnant: & serpentes & fere n̄ prosequare: ut occidas. negotiū nō
exhibent & ut ad hominū exempla redeamus: impti quoq; & insipientes:
siqn̄ accipiunt iniuriam. ceco & irrationabili furore ducuntur. & his:
qui sibi nocent vicem tribuere conantur: In quo igitur sapiens ac bonus
uir a malis & insipientibus differt: nisi q̄ habet in uictam patientiam:
qua stulti carent: nisi q̄ regere se ac mitigare iram suam nouit: Quam
illi quia uirtute indigent: frenare non possunt: Sed uidelicet hec illum
res fefellit: q̄ cum de uirtute quereretur: in quacunq; contentione vin
ceret: putauit esse uirtutem: Nec uidere ullo modo potuit hominē dolori
& ire succūbentem & his affectibus indulgentem: quibus debet poti
us reluctari & ruentem quacūq; improbitas prouocarit: uirtutis
officium non tenere. Qui n. referre iniuriam nititur. eum ipsum
a quo lesus est gestit imitari: Ita qui malum imitatur: bonus esse
nullo pacto potest: Duobus igitur uerbis duas uirtutes maximas bo
no & sapienti uiro innocentiam patientiamq; detraxit: Sed quia ipe
Caninam illam facundiam Sicut Salustius ab apio dictū refert. excu
it: uoluit hominem canino modo uiuere: ut remordeat lacessitus:
Que retributio contumelie: q̄ pnitiosa sit: & quas edere soleat strages.
aliunde oportunius petetur exemplum: q̄ ex ipsius preceptoris tristissimo
casu: qui dum his phorum preceptis obtempare gestit: ipse se pdidit: Q̄
si lacessitus iniuria patientiam tenuisset & si dissimulare. si ferre contume
liam boni viri esse didicisset: nec illas nobiles rationes alieno titulo in
scriptas impatientia & leuitas & insania profudisset: unq̄ capite suo
rostra in quibus ante floruerat: cruentasset. nec rem p. funditus pro
scriptio illa delesset: Sapientis ergo & boni viri non est velle certare. ac se pi
culo committere: quoniam & vincere non est in nr̄a pstate & anceps est
omne certamen. Sed & sapientis atq; optimi uiri non aduersariū velle
tollere: quod fieri sine scelere ac piculo non pōt: Summa igitur uirtus
habenda est: qua ut non carere homo iustus: uoluit illum deus: ut sup

Turpe est imitari q̄ ipsius.

Canina facundia.

Quid passus est Cicero dum pati nescit iniuriam